8209 L. Cocceius Adiutor fecit | sibi, idem denuntiat ne quis velit | commurere[1] neq. obruere cadaver, sin autem, | dabit rei p. Ostiensium HS $\overline{L}$ m. n., | delator quartas accipiet[2].

Ostiae (XIV 850 vidi). — 1) *Sic* (commur-) *etiam VI 20905 (Buecheler carm. n. 95). 26215,* comur- *N. 8210.* — 2) *Cf. infra N. 8217. 8239 cet.*

8210 Trebellia Ↄ. l. Tertia | sibi et | Siliae L. et Ↄ. l. Feliclae delicio | libertabusque suis, ita ne quis ubi | ego conquiesco comurat[1] aut cineres | suas ponat; quae adversus[2] fecerit, virginibus[3] | damnas esto d.[4] HS ↂ[5]. [*H.*] m. h. n. s.

Romae ut videtur rep., est Oxonii (VI 27593 vidit Huebner). — 1) *Cf. N. 8209.* — 2) *Excidit* qui *(Mo.).* — 3) *Sc. Vestalibus. Cf. N. 8231 not.* — 4) *Esto dare (vix: estod, ut acceperunt nonnulli, in his Jordan ind. lect. Regiom. 1882/3 p. 22).* — 5) *Sestertium decem milia.*

8211 d. m. | M. Cipius Hermes M. Cipio | Trepto *(sic)* filo *(sic)* pientissimo; | locum hui *(sic)* si qui manus | intulerit, virginebus *(sic)* Vestalibus[1] | solvet poena *(sic)* HS n. v.[2] | $\overline{XX}$.

Romae in vinea Codinia rep. (VI 5175 vidit de Rossi). — 1) *Cf. N. 8231 not.* — 2) *Nummum.*

8212 praecipio | libertis liber|tabusq. meis, | ne quis vestr. | in hunc monu|ment. corpus | aut ossa exterae *(sic)* | inferat. Si quis | contemserit, tunc | conlibertis dare | devebet poenae | nominae X milae *(sic).*

Salonis (III S. 9450 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. VI 18758:* si quis autem in hoc sepulcrum | marmorato reliquias corporis intulerit, | poenibitu *(sic plerique auctores boni)* inter suos collibertos HS ∞ n., | et posterisque nostroru eam poenam.

Collegiis destinantur poenae sepulcri abalienati vel violati supra N. 1798. 7236. 7296, cet.

8213 d. m. | Q. Remmius | Ianuarius f. | sibi et Memmiae | Zele uxori kar., | cum qua vixi | a. XXXII. Te rogo, | fili karissime, | ne quis velit | amplius post | me in hoc tumu|lo aliut inferre. | Et vos, lib. lib.que, | iubeo praest.[1]

Romae (VI 25393 vidit de Rossi). — 1) *Praestare* (?).

8214 veto | reliquias! — | P. Veronius | Callistus | homo optim. | hic iacet.

Veronae (V 5830 vidit Mommsen).

8215 d. m. A. Larcius | Adiutor fecit | monumentum | sibi et suis libe|rtis libertabus|que posterisque | eorum. Hoc m.[1] | veto veniri, veto | donari.

Romae (VI 21096 vidit de Rossi). — 1) *Monumentum.*

8216 d. m. | Serviliae Pollae f., | quae vixit ann. XII d. XVII, | fecit | L. Servilius Agathyrsus | pater, et sibi et Popiliae | Beronice con-

archive.org